



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Tractatus De Executoribus Vltimarvm Volvntatum duorum
celeberrimorum iurisconsultorum**

Canis, Johannes Jacobus

Constantia, 1593

VD16 ZV 2896

5. Executor testamentarius causam agit sine sumptibus. & Quomodo id
accipiatur. num. 6.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63406](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63406)

verbum perfectionem significat: & idem probat. c. tua. eo. tit. & l. Lucius. S. à te peto. ff. de leg. 2.

† Secundum commodum, quod postquam 4 ipse commissarius personas elegit & deputauit executionem meri & nudi facti, potest alij committere: etiam si à testatore non reperiretur esse concessum: ar. ca. is qui. de offi. deleg. libr. 6. Et eodem modo, si erogatio fieri deberet certa rei & certo loco: per illum tex. aliàs debet ad implere per se: vt ca. tua. ibi: per manus eorum & l. nulli. C. de episcop. & cler. vel per alium, ibi, pro sua conscientia. & ita tenent Arch. Ioan. And. & Dom. in d. c. si. §. 1. lib. 6. & Ioan. An. in addi. Specu. de instr. edi. §. nunc verò aliqua. versi. hoc dictum. & incipit: querit Nico. & Olden. consi. 295.

† Tertium commodum est, quod causam agit 5 sine sumptibus: vt l. nulli. §. 2. ibi, sine vllò dispendio iudiciorum. C. de episc. & cle. & c. charitatem. 12. q. 2. ibi: nihil, de reb. eccle. quasi perficiendi inuentarij labore tollatur. Quod est intelligendum, de iudicum
 †expensis

6 † *expensis* : quoniam illi sunt diuites. c. cum ab
 omni. de vita & hon. cle. Secus si essent expen-
 se notariorum & aliorum officialium merce-
 nariorum: quia illi non coguntur suam merce-
 dem donare: vt 23. q. 1. militare. in fi. & 3. q. 1.
 si quis episcopus. & 10. q. 2. precaria. nisi ha-
 berent salarium de publico vt tenet Spe. in.
 §. nunc aliqua. versi. & no. quòd executor.
 Sumptus autem administrationis honesto mo-
 do facient de bonis hereditatis: vt l. sumptus. ff.
 de pac. & C. mand. l. cum pro causa. & no. Io.
 An. & Domi. in c. fin. §. 1. de testa. lib. 6.

7 † *Quartum commodum est*, quòd ipse com-
 missarius seu executor habet plures iudices, co-
 ram quibus agere potest, & conueniri: scilicet
 episcopum loci, qui est eccle. titu. p̄ses: qui est
 secularis in opinione sua: etiã si possessores sint
 laici: vt. l. nulli. §. cum autem. C. de episc. & cle
 & in auth. de eccle. tit. §. sin autem. & §. si
 quis edificationem. col. 9. & in authen. vt cum
 de app. cogno. §. si vnum. col. 8. Quod etiam te-
 nuit Ang. in consi. 138. & consi. 21. & Alex.
 2. volu. consil. 170. in prin. alleg. gl. & doc.
 maxime Bald. & Ange. in l. hereditas. §. si
 defunctus.